GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26285
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cum adhuc insipida & infirma corruptibilis corporis materia
in pulvere terre putrescere ingemiscebant. & ad hanc recipien
da toto desiderio suspirabant. Iam tunc in unum vertere. hoc e in
ferventissimum divini amoris & ineffabilis dulcedinis saporem mis
ferere. Et sic qui a vino fuerit inebriat. a suo sensu alienat. sic electi
in illa eternitatis gaudia. ab ubertate celestium gaudiorum inebriati. &
insatiabili divinae visionis sacietate saginati. cum corpore suum quod
corruptibile erat & mortale. immortalitatis veste induti. factum
fuerit spirituale. evacuato omni carnali sensu. nihil ultra terrenum
imaginarium sentiunt aut sapiunt. sed unum eum do spe effecti. totum
sensum suum & affectum in dominum transferunt. In hoc perfecti eximio. vere
& perfecte adimplet & persolvit istud dilectionis preceptum. quod ipse dominus
commendat dicens. Diliges dominum dominum tuum ex toto corde tuo. & in
tota anima tua. & in tota mente tua. Nam salva fide & sano in
tellectu ut certo dicere valeo. quod electi dum apli Petrus & Paulus
aliique sci. quorum beatae animae. licet iam in illa celesti perpetue pa
cis visione pausantes. inenarrabilis lete
tamen quamdiu corpora sua a se disiuncta
colunt. preceptum istud plenarie & perfecte adimplere non possunt. Licet
enim ut dixi in ipso meritum scripture clarissimis radio acuta oculorum
acie figant. quanvis fortiter in amore editoris & redemptoris sui arde
ant. ex toto tamen corde. & in tota anima. & in tota mente. tota in
qua cogitatione. tota intentione. tota memoria dilectionem ei perfe
cit quodam inherere nequunt. qua ab ipso ut ita dicam immortali
tatis & incorruptionis auctore aliquantulum cogitatione declinant.
cum corpora sua iam in pulvere redacta resumere cogitant. & quod in tris

eternitate perfecte fruantur iocunditate.
& in sinu vere redditur re
cedunt